Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XXVI. De possessivis

urn:nbn:de:bsz:31-112308

Visual Library

Atlantides, Atlantis; & *Atlantiades, Atlantias.*
Æetides, Æetis; & *Æetiades, Æetias.*
Thaumantides, tis, & *Thaumantiades, tias.*

Excipiuntur I. illa in IS, qvorum Maſculina à Propriis in EUS veniunt. Ea enim I longum ſive Diphthongum in EI reſolvunt, penultima communi.
9. vunt, penultima communi. [9] *ut*,

Theſeus, *Thesīdes*, *Theseĭdes*, *Theseĭs*.
Æneus, *Ænīdes*, *Æneĭdes*, *Æneĭs*.
Nereus, *Nerīdes*, *Nereĭdes*, *Nereĭs*.

II. Qvæ à Nominibus Primæ in ES, I ante S inſerunt. *ut*, *Chryſes*, *Chrysēis*; *Perſes*, *Persēis*; *Briſes*, *Brisēis*.

△ *Qvomodo formantur Patronymica in NE?*

Patronymica in NE fiunt, vel à Primitivis in US & EUS, mutatis his terminationibus in INE. *ut*, *Neptunus*, *Neptunīne*; *Adraſtus*, *Adraſtīne*; *Nereus*, *Nerīne*. Vel à Primitivis in IUS, mutato IUS in IONE, ⏑ – –. *ut*,
10. *Acriſius*, *Acrisiŏne*. [10]

CAPUT XXVI.

DE POSSESSIVIS.

† *Qvid ſunt Poſſeſſiva?*

Poſſeſſiva ſunt Adjectiva, qvæ poſſeſſionem aut proprietatem aliqvam ſignificant. *ut*, *Evandrius enſis*; *Officium paternum*; *Vernus aër*: *Cycnea cantio*; *Herilis filius*.

† Qvo-

† *Qvomodo exponuntur Poſſeſſiva?*

Per Genitivum Primitivi ſui, pro qvo eleganter uſurpantur, *ut, Evandrius enſis, i. e. Evandri: Officium paternum, i. e. patris: Aër Vernus, i. e. Veris, qvalis vere eſſe ſolet: Cycnea cantio, i. e. Cycni: Herilis filius, i. e. Heri, &c.*

Terminationes vide in Hypomnematibus.

CAPUT XXVII.

DE GENTILIBUS.

† *Qvid ſunt Gentilia?*

Gentilia ſunt, qvæ gentem vel patriam ſignificant, aut à gente vel patria nomen habent. *ut, Græcia, Græcus: Corinthus, Corinthiacus: Germania, Germanus; Lipſia, Witeberga, Dresda; Lipſienſis, VVitebergenſis, Dresdenſis.*

† *Qvotupliciter ſignificant Gentilia?*

Dupliciter: Subſtantivè, *ut, Græcus,* ein Grieche / *Germanus,* ein Deutſcher / *Cordubenſis,* einer von Corduba in Spanien. Et Adjectivè. *ut. Græcus,* Griechiſch; *Germanus,* Deutſch; *Cordubenſis vel Cordubanus,* Cordubaniſch.

Terminationes vide in Hypomnematibus.

CAPUT XXVIII.

DE DEMINUTIVIS.

† *Qvid ſunt Deminutiva?*

Deminutiva [1] ſunt, qvæ deminutionem I.